

Nobilissimo et Virtute, Sapientia, ingeniosa et vnditata, doctrina  
Clarissimo Viro, Dno Tychoni Brahe, Domino de Knudstrup,  
Equiti dano, Mathematico nostro seculo omnium pre:  
stantissimo et Domino suo cum observantia  
Colendo

S. P.

Maxima Illustrissimus Princeps noster affectus est leticia literis  
tuis, Vir nobiliss. ac doctissimus, mathematicorum prestantissimus,  
tum quod reconditiorum Astronomicis Scientiam ac regium ingenio:  
sorum Instrumentorum apparatus, acutissimamq; de observationibus  
longe aliter institutendis iudicium continentent; tum quod abs te,  
quem propter summam in Astronomicis rebus peritiam summam dili:  
git, proficiscerentur. Et si autem Illustriss. ipsius Consuetudo fore:  
sim literis tuis est responsura: mihi tamen mandavit, ut et ipse,  
de mathematicis presertim, tuis excell. responderem. Ne  
igitur longis utar ambagibus, cum Illustrissimus Princeps Scriptum  
tuum de Cometa nancisceretur, mihi id inspicere non licuit, Illustriss.  
ipsius Consuet. prohibente, donec et ipse meum de eodem Cometa  
Scriptum attulissem: in quibus cum observationes in tam longe disitis  
locis institutas sibi imicem ad minutum usq; respondere iudicemus,  
licet vix potest, quanto semis gaudio perfusi. Quod igitur et tu  
eandem concordantiam videre possis, tibi vicissim meum de eodem  
Cometa Scriptum transmitto, presertim cum Capite 5 continentat dispu:  
tationem de refractione Stellarum, cuius tu in literis tuis mentio:  
nem facis. Quamquam nondum sit absolutum, deficientibus nimirum  
in fine tribus Capitibus, quos propter occupationes absolute non potui.  
Quod si quaedam differentia in locis Comete Constitutis reperitur, ea  
esse potest et propter locorum, in quibus nostras observationes habui:  
mus, disimulacionem, et propter loca Stellarum fixarum non eodem  
forte modo assumpta, et propter diversam Zodiaci obliquitatem, quam  
ego in meis observationibus assumsi 23 Gr. 30 min. tantam nimirum  
quantam tot annos Illustriss. Princeps noster admiserit. Quamvis  
enim Instrumenta in ijs observationibus non adeo, ut nunc, fuerint  
exalta, nec etiam parallaxos aut refractionis ratio habita: malui  
tamen observationibus quam tabularum annotatis respondentem  
Zodiaci obliquitatem assumere, presertim cum ipse admiserim,  
observationes eas non multum a veritate abesse: quamquam ipse Solsti:  
tialtem Solis altitudinem in estate propter ventosam et nubilosam  
aeris constitutionem nondum exacte observare poterim. Et si  
autem non dubito, quin tua, quam asservi, Zodiaci obliquitas sit  
vera: eam tamen et ego, deo benignum successum benignamq; aeris  
constitutionem largiente, diligentissimè observabo, ut ita veritas  
diversis diebus